



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

in contrarium gesta annullat ipso jure, ut in capitulo: si eotempore, de elect. in 6. cum alijs pluries alibi allegatis, & non admittit consuetudinem in contrarium.

D E I R R E G V L A R I T A T E.

Cap. IX.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| 1 Irregularitas non est censura. | excepta Cardinalatus dignitate, ad omnia habilitantur. |
| 2 Irregularitas quid sit. | |
| 3 Irregularitas in quinque species dividitur. | 15 Irregularitatem inducit anima defectus. |
| 4 Irregularitas non incurritur, nisi in casibus in jure expressis, | 16 Irregularis est penitus illiteratus, & inhabilis, etiam ad primam tonsuram. |
| 5 Irregulares sunt bigami, ex defectu sacramenti. | 17 Irregularitas incurritur, ex defectu perfecta lenitatis. |
| 6 Bigamia est impedimentum ordinum ob quatuor. | 18 Ordines omnes referuntur ad Euchari-
stia sacramentum. |
| 7 Irregularis pluribus modis quis efficitur. | 19 Sacerdos homicida, magis representat
interfectores Christi, quam ipsum
Christum. |
| 8 Irregularitatem inducit quilibet defectus corporis, quo sine notabili horrore quis celebrare non potest. | 20 Irregularitas incurritur, tam ob mem-
bri incisionem, quam per homicidium. |
| 9 Irregularitatem non inducit modica de-
formitas. | 21 Inutile esse, & non esse, paria videntur. |
| 10 Deformitas, & defectus corporis, an inducant irregularitatem, arbitrium Episcopi debet judicare. | 22 Similium idem judicium est habendum. |
| 11 Irregularitatem inducit natalium defectus, etiam occultus. | 23 Paria sunt ecclesiam Pralatum, uxo-
rem virum, & patrem filium non
habere, seu illum habere inutilem. |
| 12 Matri adultera, filius in sui præjudi-
cium credere non tenetur. | 24 Irregularitatem regulariter debilitas
membri non inducit. |
| 13 Illegitimi, ut plurimum, paterna in-
continentia imitatores, & male mori-
gerati esse solent. | 25 Interpretatio in penis strictior est faci-
enda. |
| 14 Illegitimi per subsequens matrimonium | 26 Irregularitas contrahitur per quodcum-
que homicidium, & cujuscumque
per- |

- persona membri mutilationem.
- 27 Irregularitas contrahitur per factus animati occisionem.
- 28 Animari solet masculus intra quadragesimū, & femina intra octogesimū diē.
- 29 Homicidium committens cum moderamine inculpata tutela, an incurrat irregularitatem.
- 30 Prasumitur in dubio contra occisorem.
- 31 Dispensationes, & absolutiones ab homicidio Ordinarijs locorum sunt committenda.
- 32 Irregularitatem incurrit homicida, & mutilans quocunque casu, etiam vim vi repellendo Concilij Trid. decreto.
- 33 Decreta concilij Tridentini commentari non possunt, nec glossari.
- 34 Ecclesia potest semel à se concessa, quandoque in totum, vel in partem commutare.
- 35 Dispensationes à Papa impetrantur ab irregularitate propter quodcunque homicidium.
- 36 Decreta sacri concilij recipiunt interpretationem à stylo Romanae Curiae.
- 37 Statutum ecclesiasticum, quomodo interpretetur.
- 38 Irregularem solum scandalum hominem facit.
- 39 Homicidium, quod probari non potest, ad defensionem commissum, ad forum exterius deductum, non facit hominem irregularem.
- 40 Homicidium ad defensionem commissum penitus occultum, non facit hominem irregularem.
- 41 Irregularitatem inducit homicidium injustum, commissum etiam in personam infidelis.
- 42 Homicidium, quo irregularitas contrahitur est duplex, voluntarium, & casuale.
- 43 Irregularitas non incurritur pro homicidio casuali, dando operam rei licita, secus, si illicita.
- 44 Irregularitatem, an incurrant clerici, & monachi chirurgia, vel medica arti operam dantes.
- 45 Chirurgia officium, in sacris constituta est prohibitum.
- 46 Medico, ut non teneatur de morte infirmi, tria sunt necessaria.
- 47 Chirurgus clericus, in minoribus constitutus chirurgia operam dans, decedente infirmo, quando irregularitatem non incurrat.
- 48 Medici officium exercere, quando liceat clericis in sacris constitutis.
- 49 Beneficiatis, artem chirurgiae exercere, est prohibitum.
- 50 Irregularitas tollitur baptismo; ingressu religionis, & dispensatione.
- 51 Bigamia ante baptismum contracta, per baptismum non tollitur.
- 52 Irregularitas proveniens ex defectu natalium, per baptismum non tollitur.
- 53 Irregularitas, per bigamiam contracta, & qua oritur ex homicidio injusto, ingressu Religionis professione secuta, non tollitur.
- 54 Dispensatione Papae, omnis irregularitas tolli potest.
- 55 Irregularitas, solo jure humano est introducta.
- 56 Papa jus humanum declarare, immutare, eiq; derogare potest.
- 57 Episcopi, à quibus irregularitatibus possint dispensare.
- 58 Dispensatio, ab irregularitate, in foro conscientiae, qua forma fieri debeat.